

De B. Virginis Gratia, &c.

47

ficata per propriam dispositionem. Ratio est, quia si B. Virgo in illo instanti habuit usum rationis, habuit etiam cognitionem Dei, hanc vero non habuit otiosam, & mortuam, & per consequens, habuit actum liberi arbitrii erga Deum, quem super omnia diligebat, & erga Christum per actum perfectum fidei. Ulterius; quia sanctificari per proprium actum, est perfectior modus, quo quis sanctificari potest, ut ex S. Thoma dicit Suarez: Hoc modo igitur fuit sanctificata Sanctissima Virgo. Denique omnis, qui sanctificatur, per proprium liberum consensum, sanctificatur, praeter ipsos, qui sanctificantur veluti per accidens, quia non habent usum rationis; sed in B. Virginem jam probavimus, fuisse rationis usum: ergo &c.

Arguunt contra positas Conclusiones. I. Quaeunque fuerit gratia data Virgini in primo suo sanctificationis instanti, semper fuit gratia viatoris: ergo nunquam potuit esse major gratia Angelorum. Probatur consequentia. Angeli sunt comprehensores; sed gratia viatoris nunquam potest æquari in intentione gratiae comprehensionis: ergo gratia B. Virginis data, fuit gratia viatoris, non potuit esse major gratia Angelorum. II. Debet esse differentia inter sanctitatem Christi, & sanctitatem maris sue; sed haec differentia non est, si in B. Virginem peccati fomes non admittitur: ergo in ea peccati fomes est admittendus. Probatur minor. De Christo dicitur, quod propter eximiam suam sanctitatem, peccati fomitem non habuit: ergo si in B. Virginem, ad elevandam ejus sanctitatem, peccati fomes non ponitur, nulla est differentia inter Christi, & Mariae sanctitatem. III. Peccati fomes non laedit libertatem, & quanvis moveat ad peccatum, aliquando ramen est potius occasio ad virtutum actus elicendos: ergo non est contra perfectionem sanctitatis, quin potius ad ejus augmentum plurimum conferre potest: ergo non est sufficiens ratio Mariæ sanctitas, ut in ea dicamus peccati fomitem fuisse extinctum. IV. Plures Patres docent, peccati fomitem fuisse extinctum in Virginem, quando concepit Christum, non vero quando ipsa concepta fuit: ergo in sua prima sanctificatione peccati fomes non fuit extictus. Probatur antecedens. Cyprianus lib. de cardinalibus Christi operibus cap. de nativitate Christi, dicit: In Christi Conceptione, spiritu Sancto obumbrante originale incen-

dium extinctum fuisse. Et Cyrillus Jerosolymitanus cathec: 17. Spiritum Sanctum in Virginem ventendo, & eam obumbrando, sanctificasse eam, quo posset eum, præ quem sunt omnia, suscipere. Et Nazianzenus orat. 38. 42. docens, Spiritum Sanctum purgasset Virginem in anima, & corpore, ut Christum conciperet; & Arnobius in psalm. 14. in principio: Iesus immaculatus Virginem aalam ingressus, ipsum tabernaculum a maculis carnalibus liberavit, & dedid sanctificationem potius, quam accepit. V. Non decebat carnem aliquam omnino liberari a lege somnis & peccati, donec filius Dei assumisset carnem sanctam, & a fomite liberam: ergo saro B. Virginis non fuit in prima sui sanctificatione a fomite libera, sed potius liberata est, quando Christum concepit. Probatur antecedens. Non decebat corpus aliquod humanum habere gloriam, & immortalitatem priusquam Christus haberet: ergo non decebat, carnem aliquam omnino liberari a lege somnis, & peccati, donec Filius Dei assumisset carnem sanctam, & a fomite liberam. VI. Justitia originalis importat integratem naturæ; sed in B. Virginem non fuit integritas naturæ: ergo non fuit justitia originalis. Probatur minor. Integratas naturas omne excludit debitum, etiam remotum contrahendi peccatum: sed in B. Virginem fuit debitum remotum contrahendi peccatum originale: ergo in B. Virginem non fuit integritas naturæ. VII. Patres citati pro rationis usu, quem habuit Joannes Baptista in sua sanctificatione, illum explicant per prophetam revelationem, quæ non datur permanenter, & per modum habitus, sed per modum actus, seu actualis motionis: ergo male ex exemplo Joannis Baptiste infertur anticipatus usus rationis in B. Virginem. VIII. B. Virgo in illo instanti non poterat recipere sanctificationem per propriam dispositionem; quia dispositio ad infusionem gratiae, & donorum non potest procedere ab habitibus, qui præsupponuntur ad actus, & ramen in B. Virginem non poterant præsupponi in illo instanti, quod erat primum. IX. Angelus salutans B. Virginem, dixit illam gratia plena: ergo B. Virgo non fuit gratia plena, quando conceptra est, sed quando ipsa concepit filium suum. X. S. Bernardus ferm. 3. in festo purificat. docet, B. Virginem, purissimam fuisse factam, ipso partu immaculato, ita ut post partum ipsi jam non esset opus purificatione: ergo

ex